

# Liber

De indifferenti magnitudine trinitatis in  
q̄ nō est plus ip̄a trinitas siml̄q̄ singula queq̄  
persona.

## Capitulum. I.

**S**ciamus em̄ nō esse in hac trinitate  
maius aliquid duas aut tres p  
sonas q̄ vn̄a earum: q̄d non capit  
consuetudo carnalis: nō ob aliud  
nisi q̄ vera que creata sunt sentiri potest: ve  
ritatem aut̄ ip̄am qua creata sunt non potest  
intueri. **S**i posset: nullo mō esset lux ista cor  
porosa manifestior q̄ hoc quod dixim⁹. **I**n sub  
stantia quippe veritatis: qm̄ sola vera est: non  
est maior: aliqua: nisi que verius est. **Q**uicq̄d  
aut̄ intelligibile atq̄ incōmutabile ē: non aliō  
alio verius est: q̄ eque incōmutabiliter eter  
num ē. **N**ec q̄d ibi magnū dicitur: aliunde ma  
gnum est: q̄ eo q̄d vere est. **Q**uapropter vbi  
magnitudo ip̄a veritas est: quicquid plus ha  
bet magnitudinis: necesse est vt plus habeat  
veritatis. **Q**uicquid ergo plus veritatis non  
habet: non habet pl⁹ etiā magnitudinis. **P**or  
ro quicquid plus habet veritatis: p̄fecto ve  
rius est: sicut maius est quod plus habet ma  
gnitudinis: hoc ergo ibi est maius q̄d verius.  
**N**on aut̄ verius ē pater ⁊ filius simul: q̄ singu  
lus pater: aut singulus filius. **N**on igit̄ maius  
aliquid vtrūq̄ simul: q̄ singulum eorū. **E**t qm̄  
eque vere est etiā sp̄s sanctus: nec pater ⁊ fi  
lius simul: maius aliquid est q̄ ip̄e: q̄ nec ve  
rius est. **P**ater quoq̄ ⁊ sp̄s sanctus sunt: qm̄  
veritate non superant filium. **N**on em̄ verius  
sunt: nec magnitudine superant. **A**tq̄ ita fili⁹  
⁊ sp̄s sanctus simul: tam magnū aliquid sunt  
q̄ pater solus: q̄ tam vere sunt. **S**ic ⁊ ip̄a tri  
nitas tam magnū est: q̄ vnaqueq̄ ibi p̄sona.  
**N**on em̄ ibi maior: est: que verior non est: vbi  
est ip̄a veritas magnitudo. **Q**uia in essentia  
veritatis: hoc est v̄ esse q̄d est esse: ⁊ hoc est  
esse q̄d est magnū esse: hoc ergo magnum eē  
q̄d v̄ esse. **S**i igitur ibi eque verū est: etiā  
eque magnum sit: necesse est.

**Q**uod de essentia veritatis que ē trinitas de⁹  
nihil corporeum neq̄ mutabile debeat cogi  
tari.

## Capitulum. II.

**I**n corporibus aut̄ fieri pōt: vt eque  
verum sit hoc aurū atq̄ illud: s̄ mai⁹  
hoc sit q̄ illud: q̄ non eadem ibi est  
magnitudo que veritas. **A**liudq̄ illi est aurū  
esse: aliud magnum eē. **S**ic ⁊ in animi natura  
fm̄ q̄ d̄ magnus animus: nō fm̄ hoc dicit̄ ve  
rus animus. **A**nimū em̄ verum habet etiā  
q̄ non ē magnanimus: qm̄ quidem corporis et  
animi cēntia: non est ip̄i⁹ veritatis essentia: si  
cut. ē trinitas de⁹ vn̄: sol⁹: magn⁹: ver⁹: verax

veritas. **Q**uē si cogitare conamur quantum  
finit ⁊ donat: null⁹ cogitetur per locoꝝ spacia  
practus aut cōplexus: quasi trium corporum  
nulla cōpago iuncture: sicut tricorpem geryo  
nē fabule ferunt: s̄ quicq̄d aīo tale occurrerit:  
vt maius sit in tribus q̄ in singulis minusq̄ in  
vno q̄ in duob⁹: sine vlla dubitatōne respuat̄.  
**I**ta em̄ respuit̄ esse corporeū. **I**n spiritualibus  
aut̄: oē mutabile q̄d occurrerit non putet̄ de⁹.  
**N**ō em̄ parue noticie p̄s est: cū de p̄fundo isto  
in illam sūmitatē respiramus: si aīq̄ scire pos  
sumus q̄d sit deus: possumus iā scire q̄d non  
sit. **N**ō est em̄ certe nec terra: nec celū: nec q̄si  
terra ⁊ celū: nec tale aliq̄d quale videmus in  
celo: nec qcquid tale nō videmus. ⁊ est fortal  
sis in celo. **N**ec si augeas imaginatione cogi  
tationis lucē solis quantum potes: siue quo sis  
maior: siue quo sis clarioꝝ miles tm̄: aut inna  
merabiliter: neq̄ h̄ de⁹. **N**ec sicut cogitant̄  
angeli mūdi sp̄s celestia corpa inspirātes: at  
q̄ ad arbitriū q̄ seruiūt deo nutantes atq̄ ver  
santes: nec si oēs cū sint milia milia in vnū col  
lati: vnus fiant: nec tale aliq̄d deus est. **N**ec si  
eōsdē sp̄s sine corporib⁹ cogites: q̄d quidem  
carnali cogitationi difficillimū est. **E**cce vide  
si potes. **S**aīa p̄grauata corpe q̄d corrūpitur  
⁊ onusta terrenis cogitationib⁹ multis ⁊ va  
rijs: ecce vides si potes: de⁹ veritas est. **H**oc ei  
scriptum est. **Q**m̄ deus lux est: nō quomō isti  
oculi vidēt: s̄ quō videt cor: cū audit veritas ē  
**N**oli q̄rere quid sit veritas: statim em̄ se oppo  
nunt caligines imaginū corporalū: ⁊ nubila  
phantasmatū: ⁊ p̄turbabūt serenitatē: q̄ p̄mo  
ictu diluxit tibi: cū dicerē veritas. **E**cce in ip̄o  
p̄mo icru: quo velut coruscātōne p̄stringeris:  
cū d̄ veritas. **M**ane si potes: s̄ nō potest. **R**e  
laberis in ista solita atq̄ terrena. **Q**uo tandē  
pōdere q̄so relaberis nisi sordidū p̄tractax̄ cu  
piditatis visco ⁊ pegrinatōis erroribus.

**De vero sūmo ⁊ vno bono. Capitulum. III.**

**A**ce iterū vide si potes. **N**on amas  
e certe nisi bonū: q̄ bona est terra al  
titudine montū ⁊ rēperimento col  
liū: ⁊ planitie cāporū: ⁊ bonū p̄diū: amenum ⁊  
fertile: ⁊ bona domus parib⁹ mēbris disposita  
⁊ ampla: ⁊ lucida: ⁊ bona aīalia aīata corpa: ⁊  
bonus aer modestus ⁊ salubris: ⁊ bon⁹ cibus  
suavis atq̄ aptus valitudini: ⁊ bona valitudo  
sine dolorib⁹ ⁊ lassitudine: ⁊ bona facies hoīs  
dimēsa parit̄ ⁊ affecta hilarit̄: ⁊ luculenter co  
lorata. **E**t bon⁹ anim⁹ amici p̄sensidōis dulce  
dine ⁊ amoris fide. **E**t bon⁹ vir iustus: ⁊ bone  
diuitie: q̄ facile expediunt. **E**t bonuz celū cū  
sole ⁊ luna ⁊ stellis suis. **E**t boni angeli sancta

i. Job. i

obedientis. Et bona locutio suavis docens: et congruent monens audientem. Et bonum carmen: canox numeris: et sententis graue. Quid plura et plura. Bonum hoc et bonum illud. Nolle hoc et illud. et vide ipsum bonum si potes: ita deum videbimus. Non alio bono bonum: sed bonum omnis boni. Neque enim in his omnibus bonis vel quod commemorauimus: vel que alta cernunt siue cogitant: diceremus aliud alio melius cum vere iudicamus: nisi esset nobis impressa notio ipsius boni. Nam quod et probarem aliquid: et aliud alij proponeremus. Sic amandus deus: non hoc et illud bonum: sed ipsum bonum. Querendum enim bonum aie: non cui supuoliter iudicando: sed cui debeat amando. Et quod si nisi deus. Non bonum animus aut bonus angelus: aut bonum celum: sed bonum bonum. Sic enim forte facilius aduertit: quod velim dicere. Nam enim audio (verbi gratia) quod dicitur animus bonus: sicut duo verba sunt: ita ex eis verbis duo quedam intelligo. Aliud quo animus est: aliud quod bonus. Et quidem ut animus esset: non egit ipse aliquid. Non enim iam erat: qui ageret ut esset. Ut autem sit bonus animus: video agendum esse voluntate: non quod id ipsum quo animus est: non est aliquid boni. Nam vni iam dicitur et verissime dicitur corpore melior: sed ideo nondum dicitur bonus animus quod restat ei actio voluntatis: qua sit presentior: quam si neglexerit: iure culpatur: recteque dicitur non bonus animus. Distat enim ab eo qui hoc agit. Et quia ille laudabilis: perfectio iste qui hoc non agit vituperabilis est. Nam vero agit hoc studio: et fit bonus animus: nisi se ad aliquid conuertat quod ipse non est: non potest hoc assequi. Quo se autem conuertit ut fiat bonus animus: nisi ad bonum: cum hoc amat et appetit: et adipiscitur. Vnde si rursus se auertat: fiatque non bonus: hoc ipso quod se auertit a bono: nisi maneat in se illud bonum vni se auertit: non est quo se iterum si voluerit emendare conuertat. Quapropter nulla essent mutabilia bona nisi esset incommutabile bonum. Quia itaque audis bonum hoc et bonum illud: que prout alias dici etiam non bona: si potueris sine illis que participatione boni bona sunt: prospicere ipsum bonum: cuius participatione bona sunt: simul enim et ipsum intelligis cuius audis hoc aut illud bonum. Si ergo potueris: illis detractis per se ipsum prospicere bonum: prospexeris deum. Et si amore inhereris: continuo beatificaberis. Pudeat autem cum alia non amentur: nisi quod bona sunt: eis inherendo non amare bonum ipsum vnde bona sunt. Illud etiam quod animus tamen quod est animus: etiam nondum eo modo bonus quo se conuertit ad incommutabile bonum: sed ut dixi tamen animus: cum ita nobis placet ut eum omni etiam luci corporee cum bene intelligimus preferamus: non in seipso nobis placet: sed in illa ar-

te qua factus est. Vnde enim approbat factus vbi videtur fuisse faciendus: hec est veritas: et simplex bonum. Non enim est aliud aliquid quam ipsum bonum: ac per hoc etiam summum bonum. Non enim minus vel augeri bonum potest: nisi quod ex alio bono bonum est. Ad hoc se igitur animus conuertit ut bonus sit: a quo habet ut animus sit. Tunc ergo voluntas nature congruit ut proficiatur in bono animus: cum illud bonum diligitur conuersione voluntatis: vni est et illud quod non amittitur: nec auersione voluntatis. Auertendo enim sese a summo bono: amittit animus ut sit bonus animus: non autem amittit ut sit animus cum et hoc iam bonum sit corpore melius: hoc ergo amittit voluntas: quod voluntas adipiscitur. Nam enim erat animus qui conuertit ad id vellet a quo erat. Qui autem vellet esse antequam esset: nondum erat: et hoc est bonum nostrum: vbi videmus vtrum esse debuerit aut debeat quicquid esse debuisse: aut debere comprehendimus: et vbi videmus esse non potuisse nisi esse debuisset: quicquid etiam quod esse debuerit comprehendimus. Hoc ergo bonum non longe positum est ab vnoquoque nostrum. In illo enim viuimus mouemur et sumus.

De dilectione in deum per fidem. Capitulum III.

Ad dilectionem standum est ad illud: et inherendum illi: ut presente perfruamur a quo sumus: quo absente nec esse possumus. Nam enim per fidem adhuc ambulamus: non per speciem: nondum vtrique videmus deum sicut idem ait: facie ad faciem: que tamen nisi nunc iam diligamus: nunquam videbimus. Sed quod diligit quod ignorat. Sciri enim aliquid et non diligi potest. Diligi autem quod nescit: quod vtrique possit: quod si non potest non diligit deum antequam sciat. Et quod deum scire: nisi eum mente prospicere: firmamque percipere. Non enim corpus est ut cernens oculis inquirat. Sed et priusquam valeam prospicere atque percipere deum: sic prospicere et percipere potest quod mundis cordibus. Beati enim mundi cordes: quod deum videbunt: nisi per fidem diligant: non poterit cor mundari: quod ad eum videndum sit aptum et idoneum. Vbi sunt enim illa tria: propter que iam edificanda: omnium diuinorum librorum machinamenta conseruuntur: fides: spes: caritas: nisi in animo credente quod nondum videt: et sperante atque amate quod credit amat ergo et quod ignorat: sed tamen credit. Nimirum autem cauendum est: ne credens animus id quod non videt fingat sibi aliquid quod non est: et speret diligatque quod falsum est. Quod si sit: non erit caritas de corde puro et ipsa bona: et fide non ficta: que finis precepti est: sic apostolus dicit. Necessse est autem cum aliqua corporalis lecta vel audita que non vidimus: credimus: fingat sibi aliquid animus in luce mentis formisque corporum: sicut occurrerit

Act. 17.

2. Cor. 5.

Bar. 5.

1. Th. 1.